



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

11 Clericis sine superioris licentia coram judice laico jurare, aut
testimonium dicere non licet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

tonis haud servari possit, non ligat clericos, quia illius difficultas impossibilitati æquiparatur, cap. brevi. de jure jur. & Felin. Rosint ex supra deducit. \dagger Principum enim de cœtu, ubi canonibus contradicunt, non sunt servanda. cap. i. de nov. op. nunc. Abb. in c. in præsentia. num. 28. vers. hoc etiam expresse. de prob. & Alex. in l. etiam filios. num. 4. in fin. ff. soluto matr.

Et, eum juramentum prædictum non concernat bona temporalia tantum, sed comprehendat etiam personas, ideo à clericis in foro seculari servari non debet. Abb. in d. c. quod clericu. num. 11. in fine, & numer. 23. de for. comp. & in cap. postulati. num. 15. eod. tit. cum personam subiçere non possint laicis sibi inferioribus contra naturalem rationem, quod inferioris judicent superiores, cap. inferior. 21. distin. cap. cum inferior. & ibi Abb. in princ. & num. 1. 12. de major. & obed. Præterea non solum juramentum litis decisum sub dicta forma clericus coram judge laico præstare minimè tenetur, sed nec aliud quocunque juramentum de calunnia præstare debet, sine licentia sui Episcopi, aut alterius ecclesiastici legitimè superioris. Bar. in l. cum cum clericu. C. de Episc. & cleric. Innocent. in cap. 1. nu. 1. & 2. de jur. calum. & ibi Abb. num. 17. Bald. in l. quoniam liberi, num. 4. C. eod tit. & Spec. de test. num. 36. lib. 1.

Nec superior licentiam jurandi tribueri potest, nisi secundum juris dispositio nem, quæ non admittit, quod coram laico clericus testimonium dicere debeat, & tunc in minibus Episcopi, vel Vicarij, aut alterius personæ ecclesiastice ab Episcopo delegata præstari debet, c. quamquam, ubi etiam gloss. penult. & fin. & archidac. 14. quæst. 2. ultra quod colligitur, Principis intentionem non fuisse ligare clericos, cum jurantes teneantur facere fisco seculari donationem in eventum perjurij de quadam pecuniarum summa, pro qua executio realis, & personalis

absque processu fieri possit, cum clerici personam foro laicali subiçere non possit, ex supra deducit. \dagger Principum enim de cœtu, ubi canonibus contradicunt, non sunt servanda. cap. i. de nov. op. nunc. Abb. in c. in præsentia. num. 28. vers. hoc etiam expresse. de prob. & Alex. in l. etiam filios. num. 4. in fin. ff. soluto matr.

Nam semper Principum de cœtu debent intelligi, salvo jure, & citra injuriam, & præjudicium tertij, l. 2. §. si quis quod, & §. si quis à principe ff. ne quid in loc. publ. Jas. in l. fin. num. 19. & 20 ff. de conf. princ. & Orl. decif. 90. num. 11.

Præmissa sic corroborantur privilegio, quod habent clerici, ne cogi possint satisfacere creditoribus, nisi deductio necepsit. gloss. in cap. studeant in ver. ut tale. 50. dist. & Abb. in cap. veniens. num. 4. de transact. gloss. & Bart. in l. miles. num. 3. & Jas. n. 12. ff. de re jud. reprobata opinione Pauli de Castro, & Matheoli. contrarium tenentium, hancque esse communem opinionem testatur Covarr. in lib. 2. vari. resolut. cap. 1. num. 49. post princ. quia, licet debitor creditori satisfacere non valens, ut à carcere liberetur, bonis cedere possit, l. 1. & ibi Paul. de Castro. nu. 1. & 2. 15. C. qui bon. cedere poss. tamen clericus & bonis cedere non tenetur, nec pro ære alio no potest carcerari, sed cautionem idoneam de satisfaciendo creditori, si ad pinguiorem devenire fit fortunam, præstare tenetur. cap. Odoardus, & ibi Abb. nu. 8. de solu. & in defectum cautionis, quod illam præstare non possit, cautio juratoria illi est admittenda, cap. per vir. sras. §. idem ergo & ibi gl. in ver. quam potest de don. inter vir. & uxor. & gl. in d. cap. Odoardus. in ver. idonea. Et hæc conclusio regulariter proce-